

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Voluntas x

‘Cesset’, inquit Bernardus, ‘voluntas propria et Infernus non erit. In quem’, inquit, ‘deseviet ignis nisi in propriam voluntatem?’

Nam  
propria voluntas Deum impugnat et adversus eum extollitur. Ipsa est que Paradisum spoliat, Infernum ditat, sanguinem Christi evacuat, et ditioni Diaboli mundum subjugat.

*Scotichronicon*, 7.49 (Watt ed., vol.4, p.142, ll.38-43).  
[Second sentence not identified as part of the quotation.]

Cesset uoluntas propria et infernus non erit. In quem enim deseuiet ignis nisi in propriam uoluntatem?

Nam  
propria uoluntas Deum impugnat et aduersus eum extollitur. Ipsa est que paradysum spoliat, infernum ditat, sanguinem Christi euacuat, et ditioni dyaboli mundum subiugat.

Bernardus sermone CXXI.

*Manipulus florum*, Voluntas x

Cesset voluntas propria, et infernus non erit. In quem enim ignis ille desaeuiet, nisi in propriam voluntatem?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in die Paschae*, 3.3 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.105, ll.15-17).

Propria siquidem voluntas Deum impugnat, et adversus eum extollitur. Ipsa est quae paradysum spoliat, et ditat infernum: quae sanguinem Christi evacuat, et ditioni diaboli subjugat mundum.

Guibertus de Nouigento, *Sermo in verba sapientiae*, 14 (PL 184, col.1040A-B).